



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Prælatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

se, vel per alios, aliquid ex his quæ in Missa leguntur, dominicis & festis exponant, & mysterium Sanctissimi huius Sacramenti declarent. c. 25. n. 143.

PRÆLATVS.

PRÆLATVS Ecclesiæ est dispensator bonorum eius. c. 17. num. 28.

Prælatus religiosorum habet iurisdictionem quasi Episcopalem ca. 12. n. 75. Potest securè dispensare in ieiunio cum suis religiosi: non tamen debet relinquere conscientiam subditi petentis dispensationem. c. 21. n. 21. 22. Potest securè iniungere inferiori munus audiendi confessionem, si eum iudicat idoneum. cap. 4. n. 6.

Non potest subditum obligare ad ea quæ sunt contraria præceptis Dei, Papæ, & aliorum superiorum: nec ad actus merè interiores, ad quos nec eius potestas se extendit: nec sunt necessarij ad implenda exteriora præcepta; nec ad actus spirituales respectu Superioris laici, nec ad reuelationem peccati omninò occulti. cap. 23. nu. 38. Nec ad iterationem confessionis legitimæ: nec prohibere allocutionem cum Superiore, qui est, etiam Superior prohibentis. nec obligare ad

Si s alperita

asperitatem, ad quam regula expressè, aut tacitè non extenditur, nisi in poenam delicti commissi: nec ad impertinentia ordinis, & regulæ, sicut leuare paleam à terra: Sed non est contra regulam aliquid ab eà iussum, in quo Prælatus dispensare potest, vt si iubetis subdito non ieiunare tali die, nam subditus obedire tenetur. num. 39.

Prælatus potest dispensare circa numerum Missarum, si fuerit exorbitans, vel elemosinis impar. cap. 15. num. 138.

Quomodo possint Prælati dispensare cum suis circa irregularitatem, vide Irregularitas. X.

P R Æ S C R I P T I O, canonica, id est, incepta & continuata bona fide. c. 17. n. 85.

P R Æ S Y M P T I O, Peccat mort. qui est irreuerentia notabili Dei, vel cum damno notabili proximi suscipit exercere officium, quod nescit. c. 23. n. 14. Idem de procuratore illud, sine malo, & sine animo consulendi peritos: secus si sine bono, & cum tali animo. num. 15.

Peccat mort. qui confidit se gloriam consequitur sine meritis, vel cum merito adque gratia Dei, & qui confidit se non amissurum gratiam, nec puniendum quantumcumque peccet. num. 14.

Peccatum est contra Spiritum sanctum præsum